



THE SAVRVS
POLITICORVM APHORISMORVM
repetita lectionis,
 in quo
PRINCIPIVM, CONSILIARIORVM,
AULICORVM LEGATORVM,
 institutio.

in Onofandri Strategicum Notia Auctore
R^{mo} Nob. IOANNE à CHOKIER
DE SURLET,
Canonico Cated. ac Vicario Leodiensi, Abbati
Ecol. Viset. Ser^{mo} Elec. Coloni. Consil.
Cum INDICE gemino, capitum, et rerum
Editio Vlti. Q^{ua}ma Auctior



Coloniæ Apud IOAN ANTON KINCHIVM Cum Privilegio S. C. M. Generali



AUCTORIS PRÆSCRIPTIO,

Continens eius institutum, operis methodum
& dictorum quorundam rationem.

NEM. O est omnium, beneuole Lector, quem non aliquando fatie-
tas capiat grauiorum non tantum negotiorum, sed & studiorum,
quorum nimia intentione plerumque animus languescit, hebescit-
que, indeq; fit vt necessitudo ad otium, non quidem illud ignauum,
quo disfluunt marcida quædã desidia mancipia, sed honestu & liberale sit able-
gandus, quò hoc veluti temperamento solitas ad curas paratior vegetiorque
reddatur. Ita M. Catonem, exactæ virum sapientiæ, vino quandoque indulgisse
prodiderunt; Pollionem verò eximium Oratorem vnam alteramque horam
quotquot diebus remissioni animi dedisse, neque per id tempus vlli rei vacasse,
ne qua noui laboris accessio quidquam de remissione delibaret; Eodemque
mentis proposito Scæuolam, præclarum iuris ciuilis Auctorem, pilæ ludo à re-
rum ciuiliu curis oblectasse se, atque nonnunquam vagas littoribus conchul-
as, & umbilicos legere consueuisse, Cicero, Valerius, alijque restantur. Qui igitur
magnum vitorum exemplo sentirem subindè animum interstitio aliquã
negotiorum relaxandum, non vt ille conchulas & umbilicos, sed eximios
ciuiliu dictorum flores ex amœnis historiæ viretis conquirete, &
lectitate iam diu cœpi, Quo quidem in studio adhuc procliuior fui, quòd Ciui-
lis ista & politica doctrina, Iurisprudentiæ sit admodum affinis & cognata; ita
quidem vt neutra sine altera haud fermè vsui esse possit Rempub. administran-
ti. Et tamen pauci, nec sine damno publico, hodie reperiuntur, qui vtrique dis-
ciplina incumbunt; eerte permulti, qui litium commodo & fœturâ incitati, ani-
mum modò legibus intendunt, quorum opera vt laudabilis, ita nec illorum
contemnenda, immò laudabilior, qui quod tempus ab illo grauiori studio adeo-
que negotiorum mole suppetit liberum, ad historiæ cognitionem non indili-
genter traducunt. Vide Lector, & attende omnium Imperiorum clades cala-
mitatesque; earum si fontem, & fomitem æquã iudicij trutinâ expenderis, mox
ab ignorantia historiæ, disciplinæque ciuilis imperitiâ ortas esse iuxta me-
cum iudicabis. Etenim, quando è multiplicibus rerum humanarum casibus ha-
cenus exactis, nullus hodie eueniat, qui tantum non dissimilis sit superioribus,
quis non videat incitiæ historiæ adscribenda esse, quæ se toties rebus huma-
nis ingerunt damna? Atque hinc est, quòd hac nostrâ tempestate, aue adeò sini-
strâ, vt sic dicam, pleræque Respub. à Magistratibus Principibusque agitentur;
siue quia illi aut flocci faciunt historiæ studium, aut si in magno habent, oblecta-
menti modò gratiâ assumunt, & neglectis circumstantijs propositoque rerum
gestarum,

*galesterse...
 275*

IOANNIS à CHOKIER DE SVRLET,

CATHEDRALIS ECCLESIAE LEO-
diensis Canonici, & Vicarij generalis, Abbatis
secularis Ecclesiae Visetensis.

THESAURI POLITICORVM APHORISMORVM LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

*Principem dat Deus, qui erga humanum genus vice
 sua fungitur: cui proinde parere nos par est, velut*

Pli. Paneg.

Deo ipsi, vnde ei potestas data.



RÆCLARE, ac verè testatur ingenij ac eloquentiæ Princeps
 M.T. Cicero, ijs libris, quos de Legibus scripsit, *Nihil tam aptum esse
 ad ius conditionemq; naturæ, quam Imperium: sine quo nec domus vlla, nec*
Ciuitas, nec gens, ne. hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura o-
mnis, nec ipse mundus potest. Ut enim in vniuerso mundo, summus ille
 conditor Deus vniuersa procurat, regitque, in partibus animi
 mens, in membris autem cor: ita quoque consequens est, vnum
 esse à Deo secundum virtutem præstantem virum, qui vniuersæ multitudi-
 ni præsit, eamque ex æquo gubernet. *Quid queris? Pacis interest omnem potestatem ad vnum
 conferri. Cæteroque, omnia sint confusa necesse est, omnia dissidijs ac querelis*
 plena; nulla denique erit vsquam iuris & æquioratio, nullus virtutis ac meritorum
 gradus: quâ ex re, quis non videat facillimè consequi rerum ac hominum confusio-
 nem? Vidit hoc quondam Cæsar ille Iulius, qui apertè nec hic ambitiosè scripsit:

Lib. 3.

*Tacit. l.
 Hist.*

1. *Timoth. 6.* bus post DEI LAUDEM & RELIGIONEM, unicum votum est SALUS POPULORUM. Illud enim est, ô Principes, quod ad æternam, & nunquam deficientem Monarchiam vos perducet, ubi *Rex Regum, & Dominus Dominantium, qui solus habet immortalitatem, vivit, & regnat cum sanctis civibus in pace & gaudio, cui honor omnis, & imperium sempiternum.*

FINIS PRIMÆ PARTIS,

AD MAJOREM DEI GLORIAM.



PARS II.

PARS II.

CONTINENS

NOTAS, SIVE DISQVI-
SITIONES MILITARES,

IN

ONOSANDRI STRATEGICVM,

Sive de

IMPERATORIS INSTITVTIONE, CVM
EXEMPLIS ET DOCUMENTIS.

Auctore

JOANNE à CHOKIER DE SVRLET,
Ecclesiæ Cathedralis Leodiensis Canonico
ac Vicario Generali,

A

PRÆ-



P R Æ F A T I O
O N O S A N D R I .

Qui rerum equestrium, aut venaticarum, aut piscatoriarum, aut etiam rusticarum, commentarios conficiunt, apta & convenienti præfatione eos alloquuntur, quos operum huiusmodi sciunt esse studiosos. Rei verò militaris consideratio inspectioque tota, Quinte Verani, Romanorum propria est; eorumque præcipit è Romanorum, qui senatoria, amplissimaque optimatum auctoritate, ex Aug. Cæsaris prudentiâ decorati; quique Consulari, ac militari imperio armati, ornatique sunt: tum propter singularem bellicæ disciplinæ curam, cuius non mediocrem adsequuti sunt peritiam, tum propter exempla, auctoritatemque maiorum. Hancce igitur militarem tractationem illis præcipuè dedicavi, non ut inexpertis, aut infrequentibus militiae cultoribus; immò hac illorum scientiâ validè fretus, quâ rudes adhuc animos, & iam rebus benè gestis gloriosos secernere nôrunt, recteque de re bellicâ sentientibus, gravissimæ fidei testimonium exhibere possunt. Vnde & si plerique animo iam fortè præceperint, his in commentariis à me nunc animaduersis, illud quoque animo meo valdè placuerit, quòd non solum militares conscripserim enarrationes, verum ad artem etiam militarem collineaverim. Et hæc tandem accuratio benè, scilicetque processerit, si quæ Romani vi & virtute propria, perficiunt, illa ergo verbis, scriptisque aptè exhibuerim, tan-



JOANNIS A CHOKIER

NOTÆ

IN ONOSANDRI STRATEGICVM.

CAPVT I

*De eligendo Imperatore, siue Duce supre-
mo militia.*



*Ligendum igitur Imperatorem censeo, non certa ^{A.}
quadam gente, familiâve oriundum, vt sacerdotem, nec
amplis facultatibus locupletem, vt gymnasiarcham; ^{B.}
*sed castum, temperantem, sobrium, frugi, laboriosum, intelligen-
tem, minimè auarum, nec iuniorem, nec item senio-
rem; & si fortè contigerit, filiorum patrem, dicendi peritum, ac de-
mùm gloriâ illustrem.**

Castum quidem esse opto, ne voluptariis distractus hinc inde cupiditati-
bus rerum curam insuper habeat maximarum. Temperantem verò, si quidem
penes eum imperii summa est. Nam intemperantis animi motus semel admissi,
liberas mentes subigunt, & impotentes feruntur in libidines.

Sobrium, siue siccum: vt in arduis negotiis parandis, putandisque perugi- ^{C.}
let. Noctu enim quasi silente, & quiescente animo, multa Ducis cogitatio moli-
tur, ac perficit.

Frugi verò, Facultates enim exhauriunt, & exsiccant prodiga familia- ^{D.}
rum ministeria, & immodesti, ac intempestiui sumptus in Ducem luxus, atque
delicias.

Laboriosum: vt non primus à militiâ deficiat, sed postremus. ^{E.}

Intelligentem: Nam acutum & perspicacem Imperatorem esse decet, & ^{F.}
ingenij celeritate multâ simul agitante velocem. Cogitatio. n Ducis instar ^{G.}
volatus, apud Homerum. Et sæpenumerò *inopinati tumultus* ingruentes, tu-
multuariam quoque utilis consilij rationem expedire cogunt.

In primis verò probabitur *minimè Auarus.* Incorruptè enim & magnificè ^{H.}
præesse ea demùm vera audacia, & summa autoritas est. Et plerique viri for-